



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

A Gallis benignè habetur. 72

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

panni tela, quę stomacho fouendo esset, accepis (nam à frigore, longaque nuditate vexatus, pridem laborabat) Ferrariam urbem Italiae proficiscitur : vbi super alios alij pauperes incidere, & stipem de more flagitantes, breui omni ea, quam dixi, pecunia exuere. Ipse dein' templo egressus, ostiatim per urbem cibarium panem emedicauit. 71 Post ire Genuam volens, non potuit quin à militum Hispanorum praesidijs conspectus, & pro exploratore primum comprehensus indignissime mulcetur: tum stulti vicem traductus, pugnis calcibusque non perfunctorie concideretur. Quae verò ille conuitia hilaris ferre perseuerauit. 72 Sed Galli, quibus ea tempestate bellum cum Hispanis acre erat, eundem nacti, longè liberalius dimiserunt : gens iterato in IGNA-

TIVM

TIVM beneficio memoranda. Gen-
 uam in hunc modum perdu-
 ctus; in idem Barcinonem, in-
 gruentibus mari quâ hostium,
 quâ piratanum periculis, in colu-
 mis denique traiecit.

Postquam à difficili peregrina-
 tione in Hispanias IGNATIVS
 reuertit, non fuit consilium, reli-
 quam ætatem sine litterarû cultu
 degere: nempe si quam orbi la-
 boranti opem ferre, Deo quæ ob-
 sequium probare impensius vel-
 let, intelligebat, esse cum studio
 virtutum, scientiarum quoque
 subsidia cõiungenda. 73 Proinde
 annos iam natus xxxiii. aggre-
 ditur, prima linguæ Romanæ e-
 lementa condiscere: eam quæ ob-
 rem in disciplinam se Hierony-
 mi Ardebalii tradidit; viri probi
 in paucis & humani, grâdis præ-
 textatus: cum interim ab Isabel-
 la, fœmina nobili, de qua supra